

DISTINCTIONIS XXVIII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum homo sine gratia aliquid bonum facere possit.
- 2. Utrum homo sine gratia possit peccatum vitare.
- 3. Utrum homo sine gratia possit omnia mandata legis implere.
- 4. Utrum homo sine gratia possit se preparare ad gratiam.
- 5. Utrum homo sine gratia possit cognitionem veritatis habere.

DISTINCTIONIS XXIX.

Quæstio 1.

- 1. Utrum homo in statu innocentiae gratia indigerit.
- 2. Utrum homo ante peccatum gratiam habuerit.
- 3. Utrum homo in primo statu tantum de gratia habuisset, quantum post peccatum.
- 4. Utrum actus humani ante peccatum fuissent efficaciores ad merendum gratiam.
- 5. Utrum poena hominis convenienter determinetur pro peccato primae transgressionis, scilicet privatio iustitiae originalis, & expulsio de paradyso.

DISTINCTIONIS XXX.

Quæstio 1.

- 1. Utrum defectus quos sentimus sint nobis quasi poena pro peccato.
- 2. Utrum defectus aliquis ex primis parentibus in nos deveniens, habeat rationem culpæ.
- 3. Utrum concupiscentia sit originale peccatum.

Quæstio II.

- 1. Utrum alimentum in veritatem humanæ naturæ convertatur.
- 2. Utrum semen ex alimento descendat.

DISTINCTIONIS XXXI.

Quæstio 1.

- 1. Utrum per traductionem carnis originale peccatum traducatur.
- 2. Utrum necessarium sit omnes homines in peccato originali nasci.

Quæstio II.

- 1. Utrum originale peccatum sit in essentia ani-

mæ sicut in subiecto, vel in aliqua potentia ejus.

- 2. Utrum vis generativa præ aliis viribus infecta sit.

DISTINCTIONIS XXXII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum culpa originalis per baptismum solvatur.
- 2. Utrum poena originale culpam consequens post baptismum remaneat.
- 3. Utrum originalis concupiscentia in quibusdam major, & in quibusdam minor inveniat.

Quæstio II.

- 1. Utrum infectio originalis à Deo sit.
- 2. Utrum divinam sapientiam deceat infundere animam corpori à quo contrahat maculam.
- 3. Utrum animæ ex sua creatione sint inæquales.

DISTINCTIONIS XXXIII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum ex proximis parentibus aliquis contrahat maculam originalem.
- 2. Utrum culpa proximorum parentum in filios redundet quoad poenam.
- 5. Utrum originale peccatum sit unum, vel multa.

Quæstio II.

- 1. Utrum peccato originali post mortem debeat sensibilibus poena.
- 2. Utrum pueri non baptizati afflictionem spiritualem in anima sentiant.

DISTINCTIONIS XXXIV.

Quæstio 1.

- 1. Utrum malum sit.
- 2. Utrum malum sit ens sicut natura quædam.
- 3. Utrum bonum possit esse causa mali.
- 4. Utrum malum sit in bono sicut in subiecto.
- 5. Utrum per malum totum bonum corrumpatur.

DISTINCTIONIS XXXV.

Quæstio 1.

- 1. Utrum malum sufficienter per poenam & culpam dividatur.
- 2. Utrum convenienter peccatum, vel culpa in littera diffiniatur.
- 3. Utrum omne peccatum in actu consistat.

4. Utrum

DISTINCTIONIS XXXIX.

Quæstio 1.

- 1. Utrum in voluntate possit esse perfectio peccati.
- 2. Utrum in actibus aliquarum potentiarum possit esse peccatum.

Quæstio II.

- 1. Utrum homo velit bonum naturaliter.
- 2. Utrum motus sit idem quo homo vult bonum naturaliter, & quo vult malum.

Quæstio III.

- 1. Utrum superior scintilla rationis possit extinguere inferiori.
- 2. Utrum conscientia possit errare.
- 3. Utrum conscientia errans obliget.

DISTINCTIONIS XL.

Quæstio 1.

- 1. Utrum bonum, & malum sint essentielles differentiae actionis.
- 2. Utrum ex voluntate actio sit judicanda bona, vel mala.
- 3. Utrum actus exterior addat aliquid de bonitate, vel malitia supra bonitatem, vel malitiam voluntatis.
- 4. Utrum eadem actio sit bona, vel mala.
- 5. Utrum actus indifferens inveniat in actibus humanis.

DISTINCTIONIS XLI.

Quæstio 1.

- 1. Utrum fidei sit universaliter intentionem dirigere.
- 2. Utrum actus infidelis hominis bonus esse possit.

Quæstio II.

- 1. Utrum peccatum sit voluntarium.
- 2. Utrum omne peccatum sit in voluntate.

DISTINCTIONIS XLII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum voluntas peccati, & actus sint duo peccata.

Utrum

- 4. Utrum peccatum consistat in exteriori actu.
- 5. Utrum per peccatum fiat corruptio in potentia animæ.

DISTINCTIONIS XXXVI.

Quæstio 1.

- 1. Utrum unum peccatum possit esse causa alterius peccati.
- 2. Utrum passio possit dici peccatum.
- 3. Utrum peccatum possit esse poena peccati.
- 4. Utrum omnis poena pro aliqua culpa in homine sit.
- 5. Utrum convenienter ponatur distinctio bonorum.

DISTINCTIONIS XXXVII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum peccatum sit substantia, vel natura, aut res quædam.
- 2. Utrum omne quod est, quocumque modo sit, à Deo sit.

Quæstio II.

- 1. Utrum Deus sit causa ipsius peccati absolute.
- 2. Utrum Deus sit causa actionis in qua deformitas culpæ consistit.

Quæstio III.

- 1. Utrum Deus sit causa poenæ.
- 2. Utrum malum per prius dicatur de culpa quam de poena.

DISTINCTIONIS XXXVIII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum omnium rectarum voluntatum sit tantum unus finis.
- 2. Utrum finis communis, & unus rectarum voluntatum possit esse charitas, vel beatitudo.
- 3. Utrum intentio sit aliquid voluntatis.
- 4. Utrum sit unus actus voluntatis, qui est ad finem, & de his quæ sunt ad finem.
- 5. Utrum voluntas habeat suam bonitatem ex fine.

- 2. Utrum post actum peccati reatus remaneat.
- 3. Utrum peccatum dividatur convenienter per mortale & veniale.
- 4. Utrum veniale peccatum à mortali distinguatur.
- 5. Utrum peccatum mortale, & veniale differant per poenam æternam & temporalem.

Quæstio 11.

- 1. Utrum peccata distinguantur penes radices.
- 2. Utrum peccatum convenienter dividatur in peccatum operationis, oris, & operis.
- 3. Utrum divisio capitalium vitiorum sit competens.
- 4. Utrum species superbiæ convenienter assignentur.
- 5. Utrum omnia peccata sint paria.

DISTINCTIONIS XLIII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum sit aliquod peccatum in Spiritum Sanctum.
- 2. Utrum peccatum in Spiritum Sanctum sit

FINIS.

DISTINCTIONIS XLII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum...
- 2. Utrum...

DISTINCTIONIS XLII.

Quæstio 1.

- 1. Utrum...
- 2. Utrum...

- 3. Utrum, convenienter assignentur specie peccati in Spiritum Sanctum.
- 4. Utrum peccatum in Spiritum Sanctum sit irremissibile.
- 5. Utrum aliquis in primo actu peccati possit peccare in Spiritum Sanctum.
- 6. Utrum Adam in Spiritum Sanctum peccaverit.

DISTINCTIONIS XLIV.

Quæstio 1.

- 1. Utrum potentia peccandi sit à Deo.
- 2. Utrum omnis prælatio à Deo sit.
- 3. Utrum in statu naturæ integræ prælatio fuisset.

Quæstio 11.

- 1. Utrum obedientia sit virtus.
- 2. Utrum Christiani teneantur obedire sæcularibus potestatibus, & præcipue tyrannis.
- 3. Utrum obedientiam professi teneantur simpliciter obedire prælati suis.

SCRIPTUM
 S. THOMAE AQUINATIS
 DOCTORIS ANGELICI
 IN SECUNDUM LIBRUM SENTENTIARUM
 MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

PROLOGUS S. THOMÆ.

Spiritus ejus ornavit cælos, & obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus. Job xxvi. 13.



Reaturarum consideratio pertinet ad Theologos, & ad Philosophos; sed diversimode, Philosophi enim creaturas considerant, secundum quod in propria natura consistunt: unde proprias causas, & passiones rerum inquirunt: sed Theologus considerat creaturas, secundum quod à primo principio exierunt, & in finem ultimum ordinantur, qui Deus est: unde recte divina sapientia nominatur, quia altissimam causam considerat, quæ Deus est. Unde dicitur Eccli.

XLII. 17. „ Nonne (1) Deus fecit sanctos suos enarrare omnia mirabilia sua? “ Per modum istum in hoc secundo Libro de creaturis agitur: unde materia ejus ex verbis præmissis accipi potest, ex quibus tria elicere possumus, scilicet rerum principium, principii ipsius actum, & actus effectum. Ex parte principii duo tanguntur, scilicet spiritus, & manus: spiritus bonitatis, vel voluntatis suæ; sed manus potestatis. De hoc spiritu dicitur in Psalm. ciii. 30. (2) „ Emitte spiritum tuum, & creabuntur. “ Quia secundum Dionysium iv. cap. de div. Nominibus, sicut sol radios suos emittit ad corporum illuminationem, ita divina bonitas radios suos, id est participationes sui, diffundit ad rerum creationem. Et ideo Augustinus (I. de Doctrina christ. cap. xxxii.) dicit, quod in quantum bonus est, sumus. Istum spiritum negaverunt qui possuerunt Deum produxisse res ex necessitate naturæ, & non ex libertate voluntatis, contra quos dicit Dionysius cap. iv. de div. Nominibus, quod divinus amor non permisit eum sine germine esse. Sed de manu potestatis ejus in Psalm. ciii. 28. „ Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. “ In manu siquidem ejus erant omnes fines terræ, quia ab æterno non nisi in ejus potestate erant. Aperta enim manu clave amoris, creaturæ prodierunt. Hæc est manus de qua dicit Isai. lxx. 1. „ Ecce non est abbreviata manus (3) ejus: “ quia infinita sua virtute rerum substantiam in esse producit. Hanc manum abbreviare voluerunt qui à Deo nihil fieri posse ex nihilo astruxerunt. Et sic apparet in productione reaturarum, Trinitas personarum. In spiritu ipse Spiritus Sanctus, de quo dicitur Sap. 1. 7. „ Spiritus Domini replevit (4) omnem terram. “ In manu Filius, qui etiam brachium Patris dicitur Job. xl. 4. „ Si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas? “ eo quod ipse est virtus, & sapientia Dei. I. Corinth. 1. & „ omnia per ipsum facta sunt: “ Joann. 1. 3. „ Sed in pronomine ejus persona Patris exprimitur, cujus est & Filius, & Spiritus Sanctus: de quo dicitur Gen. 1. 1. „ In principio creavit Deus cælum, & terram. “ Sed ex parte actus tangit etiam duo, scilicet ornatum, & obstetricationis officium. Ornatum pertinet ad dispositionem rerum, quia eas varia pulchritudine decoravit, ut dicitur Eccli. xlii. 21. „ Magnalia sapientiæ suæ decoravit. “ De hac etiam pulchritudine Boetius (III. Cons. metro ix.) dicit: „ Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse.

Sed obstetricatio pertinet ad providentiæ gubernationem, qua creaturas per se subsistere non valentes, ad modum obstetricis in esse conservat, necessaria in finem ministrat, & impedimenta repellit, etiam mala in bonum ordinando: unde dicit Job xxxviii. 8. secundum similem metaphoram: „ Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens? “ Ex parte effectus duo tangit, scilicet cælum, & colubrum tortuosum. In cælo duo considerare possumus, scilicet stabilitatem. Proverb. 111. 9. „ Stabilitur lumen indeficiens. “ & indeficientem claritatem: de qua Eccli. xxiv. 6. „ Ego feci in cælis ut oriretur lumen indeficiens. “ Unde per cælum intelligere possumus creaturas quæ in decore suo firmiter persisterunt. Similiter in colubro tortuoso duo considerare possumus, scilicet obscuritatem, & obliquitatem. Primum in nomine colubri, (5) obscuritatem intelligimus: quia coluber dicitur quasi colens umbram, quæ sonat privationem lucis. Obliquitatem in hoc quod dicitur tortuosum; distortum enim est quod à rectitudine obliquatur. Et ideo per hunc colubrum tortuosum creaturæ illæ intelligi possunt quarum pulchritudo est per peccatum obscurata, & rectitudo obliquata, & præcipue diabolus, cujus invidia mors intravit in orbem terrarum: Sap. 111. & de umbrositate ejus dicitur Job xl. 16. „ Sub umbra dormit in secreto calami. “

In II. Sent. Tom. II. A & (1) Vulgata Dominus. (2) Vulgata Emittes. (3) Vulgata Domini. (4) Vulgata orbem terrarum. (5) Al. dicit obscuritatem intelligimus.